



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 7. Aquarum Monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

in alto quodam monte, vbi est lacus, quē ex lachrymis Adami & Euxæ, cū ab angelo è Paradiso expulsi essent, ortum fabulantur. Et quia de aquis loqui cœpimus, ad aquas porrò eamus.

§. VII.

Aquarum Monstra.

Plin. l. 2.
nat. hist.
cap. III.
Plura de
mirabili-
bus aqua-
rū idem
lib. 31. c. 1.
& seq.

Aquis sua monstra esse quis dubitet, cū nonnullæ vel ipsæ sint monstrosæ? Nam nec aquarū natura à miraculis cessat. In Ciconum flumine, & in Piceno lacu Velino lignum deiectum, lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine adeò, ut lapidem plerumq; durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silaro, ultra Surrentum non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescant. In Dodone Iouis fons cū sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extincte admoneantur, accendit. In Illyrijs supra fontem frigidum expansæ vestes accenduntur. Iouis Hammonis fons interdū frigidus, noctibus feruet. In Falisco omnis aqua pota candidos boues facit: in Bœotia amnis Melas oues nigras: Cephissus ex eodem lacu profluens, albas: rursus nigras Penius, ruffasq; iuxta Ilium Xanthus, unde & nomen amni. In Ponto fluminis Astaces rigat campos, in quibus paste ni-
gro

gro lacte equa gentem alunt. In Carrinensi Hispania agro duo fontes iuxta fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens. Amnes retrò fluere, & nostra vidit atas, Neronis Principis annis supremis. Hæc si naturæ sunt, opera potiùs, quàm monstra, sunt tamen mirabilia; neque omnia seruant naturæ tenorem, cui saltem aduersum est, vt flumina in caput reuocent liquorem, nullo terræ motu exterrita. Neque solita lege accidit prodigium, vt cùm Dionysius iunior suo principatu pelleretur, mare, vno integro die, dulcesceret.

VIII.

Duo Nilotica vel Monstra, vel Spectra.

In ipsis autem aquis, vel ab ipsis haud rarò vera monstra proueniunt. Vt enim, immania illa, & sua se vastitate prodentia mendacia hîc non immisceam, quæ Lucianus, in duobus libris *verarum historiarum* recenset, ex vero notus est S. Maclouij piscis, pro insula habitus, in quem & vectores exscenderunt, & S. Macloiuo sacrificanti adfuerunt. *Mena Egypti praefecturam gerente, in Nilo flumine mira quaedam & inopinata apparuerunt. Nam cùm*

Præfe-

Theoph.
Simocati
talib 7.
historiæ